

## Ablativus limitationis

Amicus meus **natione** Gallus est.....  
Hic populus **virtute** vicinis suis praestat.....  
Neminem tibi **fide** conferre possum.....  
**Meo iudicio** hic discipulus vos diligentia superat (vobis praestat).....  
Galli et Germani **lingua** inter se differunt.....  
Graeci Romanos **litteris** superabant.....  
Quidam homines **genere** tantum nobiles sunt.....  
Haec regio Hungariae **vino** clara est.....  
Franciscus Kölcsey **altero oculo** caecus erat.....  
Hic vir **corpore** senex, **animo** autem iuvenis est. ....  
Homines **natura** vehementiores semper diligenter fuge!.....  
**Testimonio** omnium magistrorum frater meus diligentissimus est.....  
Hostes multa oppida, **numero** duodecim occupaverunt.....  
Rex **nomine** tantum rex erat.....  
Ludovicus **cognomine** Magnus rex Hungariae erat.....  
Hortus noster mirabilis erit **visu**.....  
Facies vulneratorum horribiles erant **visu**.....  
Hoc facile est **dictu**.....  
Cantus harum avium mirabilis est **auditu**.....  
Hic discipulus **laude** dignus, est.....  
Opera Dei **admiratione** sunt digna.....  
Non es dignus **amicitia mea**.....  
**Amore** parentum meorum dignus esse volo.....

## Ablativus comparationis

Maior sum **te**.....  
Lux velocior est **sono**.....  
Quis est **me** beatior?.....  
Hi pueri **nobis** prudentiores sunt.....  
Sol maior est **luna**.....  
Pati nostri patriam **vita** cariorem habebant.....  
Nihil **sole** utilius est.....  
Simulatio amoris peior est **odio**.....  
Nihil est **veritate** dulcius.....  
Hae aves fortasse etiam **sagitta** celeriores volant.....  
Amicum **multis discipulis** diligentiores habeo.....  
Hic puer **patre suo** maior est.....  
Pax melior est **multis victoriis**.....  
Nullam urbem **Roma** pulchriorem vidi.....  
Quid est **animo grato** pulchrius?.....  
Verba matris **melle** dulciora erant.....  
Neminem **parentibus vestris** amabiliorem invenietis.....  
Facies deae **nive** candidior erat. ....